

## Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 4931

Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars III. Wien 1795.

2597

## C A S U I S T I C I.

2598

XIII. fol. 170. Inſtitutio rhythmica Virginis Deo consecratae *Stropharum* 109. quae sic orditur:

*Grata deo castitas est coniugarum.  
Illa plus quam sanctitas ornat viduarum.  
Longe precellentior virginum sacrarum.  
Luminare maius hoc lumen dat preclarum.*

Et finit:

*Hoc labore seculi sustine certamen  
Vt secura videas ultimum examen.  
Tunc sanctarum virginum sentias iuamen  
Vt cum illis gaudeas in eternum Amen.*

## DCLXXXI.

582

Codex partim chartaceus, partim membraneus lat. partim Sec. XV. partim XIV. 4. olim *Fratrum Sancte Crucis in Colonia*, Tractatus condit sequentes: I. *De Simonia vitanda* Differtatio constans *Articulis* XVIII. cuius initium: *Gratis accepistis. gratis date. Mathei decimo. Filiis Dei. Dominus et saluator cuius tanta est caritas &c.* Contenditur potissimum, Religiosos Ordines nihil posse exigere a Personis recipi cupientibus.

II. fol. 30. p. 2. Tractatus de eadem Materia ejusdem Autoris, hujus initii: *Pecunia tua tecum sit in perditionem &c. Ista sunt verba sacratissimi principis Apostolorum Actuum octavo. &c.* Adparet e Prooemio Scriptum istud dirigi contra Doctorem aliquem, quem ut ait Noster, *vita scientia et etas commendabilem fecit et famosum*, quique leniter nimis Constitutionem *Bonifacii VIII. et Urbani V.*

contra Quaestum ejusmodi Receptionum interpretatus fuerat. Constat *Articulis* XI. probeque versatum in Iure Can. et Patribus Autorem prodit. Est vero is *Carthusianus*, et quidem, ut e *Tritemio* et *Theod. Petreji Bibl. Carth. p. 74.* doceor, pius ille celeberrime *πολυγραφος Dionysius de Leuwis* dictus a Patria *Ryckelius*, qui a. 1471. e *Conventu Ruraemundano* ad Superos abiit, memoraturque in *Bibl. Belg. Foppennii T. I. p. 241.* Hic vero Responsio non caruit; sequitur enim

III. fol. 61. Commentatio titulo: *Per infrascripta Respondetur obiectionibus cuiusdam religiosi In materia de Symonia*, quae incipit: *Alias pauco tempore transacto Reuerendissimo In christo patre Domino Nicolao de Cusa Cardinali et legato sedis Apostolice in partibus bollandie agente &c.* Auctoritate hujus Viri non, ut dicitur, priuatim in cameris (puta ut *Carthusianus*) sed in exercitio scolastico edocti et promoti statuitur:

2

2599

CODICES

2600

a Monasterio habente tot personas, quot de ejus bonis commode sustentari possunt, posse recipi Personam, quae de suis bonis voluntarie tantum offerat, quantum opus sit ad ejus sustentationem absque Monasterii gravamine, neque id Constitutionibus Pontificiis adversari. Hoc porro deinceps cum solutione argumentorum *Dionysii*, tum novis rationibus firmatur, reduciturque ad X. *Conclusiones* unumque *Correlarium*, quorum veritati chirographis suis sub finem adstipulantur Theologiae Professores *F. Petrus de noua ecclesia* O. Carm. *Arnoldus de cloetinghe*, *Bernardus de reyda*, *Gerardus de Monte*, *Jo. Tinctoris hospitalarius tornacensis*. Legum doctor *Jacobus seger decanus ecclesiae sancti georgij*, *F. henricus de Piro* Carthusien. In colonia, Decretorum doctores *henricus de Bemel* et *wilhelmus de leydis*, et Legum doctor *henricus rether*. Viros hos Academiae *Coloniensis* fuisse membra, totamque hanc controversiam *Coloniae* agitatam fuisse post medium Sec. XV. censeo; *Henricus* enim *de Piro*, qui hic contra *Sodalem suum Belgam* militavit, diem clausit a. 1473. De eo *Bibliotheca Belg. Foppenii* et *Coloniensis Harzbemii*. Prior etiam *Job. Tinctoris*,

altera *Henricum de Bemel* feu *Bomel* adtingit. De reliquis nihil reperio. Controversiae toti adjecta est eleganti manu *Bulla urbani pape de symonia vitanda. Ne in vinea domini*. Datum rome apud sanctum petrum secundo nonas Aprilis. Pontificatus nostri anno primo. Lege septimo, qui fuit 1369. Extat Constitutio *Annal. Eccl. Odor. Raynaldi* T. XVI. p. 482.

IV. fol. 96. manu Sec. XIV. in membrana: *Tractatus de Interdicto*. Initium: *Quia per inventionem iurium censura ecclesiastica ad cohercendum malitias hominum superuenit &c.* Mox se prodit Auctor: *Ideo ego frater. ob hospitum postulacionibus quorundam annuens &c.* Incertum *Cherubinus*, an *Christophorus* &c. *Tractatus ipse in Particulas VII. divisus est: Primo qualiter interdictum describatur. Secundo qualiter sumatur. Tercio ob quas causas feratur. Quarto qui interdicere possint. Quinto quot sint species interdicti. Sexto que tempore interdicti permittantur. Septimo que eius tempore probibeantur.* Ad calcem: *Datum oscubr* (fortasse *Osnabr.*) anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> XXXII<sup>o</sup>. *In octava beatorum petri et pauli apostolorum.*

*Si cernis quanto studio sub temate tanto  
Te rogo pro tanto lege fructus quos ego planto.*

V. fol. 104. manu Sec. XV. partim in membr. partim in charta: *Hec sunt scripta et determi-*

*nata per venerabiles dominos doctores sacre Theologie ac utriusque Iuris nominatim infra expressos.*  
super

*super non dandis et exigendis cautionibus pactionarijs pro missis uel anniuersarijs perpetuis. seu quibuscunque huiusmodi seruicijs spiritua- libus. Occasione cuiusdam casus qui sequitur. Legauerat uidelicet aliquis Coloniae pecuniam pro Missa perpetua in domo Cruciferorum celebranda. Executores Testamenti a FF. Cruciferis petunt pro numerata pecunia cautionem, ut in casu, quo dicta missa fuerit neglecta, redditus devolvantur ad Hospitale S. Spiritus. Queritur an Cruciferi teneantur uel possint bona conscientia huiusmodi cautionem executoribus prestare. Ante Doctorum Responso insertus est Articulus Testamenti, quem transcribo: Item wolde der selue N. ind bait beuolen ind bescheiden. dat syn Truwebendre (Treuhanden, Executores) eyne erfmyssse in dem gotzbusse zo den Cruitzbroedern bestellen ind berenten (fundare) sullen. aldaer eirfflichen ind ewenclischen vur syn ind synre alderen ind vrunde selen heil ind troist zo geschien ind gebalden zo werden. Ind dat also zo voegen ind zo ordynen. dat die selue myssse eirfflichen ind ewenclischen gebalden ind unuersumpt bliue. Sequuntur jam Doctorum Colonienstum Iudicia, quorum agmen ducit Henricus de Piro sive Birbaum Carthusianus, ante susceptum habitum jam clarus Legum Doctor, de quo tamen, an idem sit cum eo, qui Concilio Constant. interfuit, merito dubitari potest. Ad Harzheimii Biblioth. Colon. p. 125. Respondet is negative, addit vero:*

Denis Codd. Theol. V. I. P. III.

Possunt tamen Cruciferi predictum onus misse perpetue inscribere libro memoriarum suarum ne negligatur, atque eciam dare executoribus seu episcopo uel eius officiali literam in qua recognoscant se acceptasse supradictos redditus &c. In eadem sententiam eunt ceteri plus minusve diferti, quorum Nomina in gratiam Historiae liter. Academiae Colon. adtexam. Sunt vero Theologi: *Jobannes Episcopus Venecoponen.* ord. FF. Min. Archiep. Colon. in pontificalib. Vicarius. *Bartholomaeus Carthusiae Ruraemund.* Prior. Obiit Vir hic senex in Carthusia Colon. 1446. teste *Petrejo Bibl. p. 18.* unde de Consultationis nostrae aetate statues. *Arnoldus de Spina S. Ge- reonis* Canonicus. *Andreas de Werdona* Pastor Ecclesiae S. Lupi Colon. *Arnoldus de Cloetingen S. Georgii* Colon. Canonicus. *Gerardus de Monte S. Andreae* Canonicus. *Jobannes Tinctoris.* *Paulus de Gerisheym S. Mariae ad Gradus* Canonicus. *Wynandus Spoer* Ord. Augustinen. *Jobannes Rotiken* Ord. FF. Min. *Petrus de Nova Ecclesia* Ord. Carm. *Bernardus de Galen S. Mariae ad Gradus* Canonicus. *Laurentius de Reymerzwale.* Doctores U. J. *Tilmannus de Lyns* Decanus S. *Andreae* Colon. et Praepositus S. *Florini Confluentiae.* *Jobannes Bau* Praepositus S. *Georgii* Colon. *Christianus de Erpel* Praepositus S. *Mariae ad Gradus.* *Jobannes de Spul S. Ge- reonis* Scholasticus. *Jobannes de Spul* Pater praecedentis. *Henricus Retheri* Canonicus majoris

2603

C O D I C E S

2604

Ecclesiae Colon. ac officialis Praepositi et Archidiaconi. *Jobannes de Cosfeldia* Secretarius Civitatis Colon. *Wilhelmus de Wege* S. *Mariae* ad Gradus Canonicus. *Jacobus Clant* S. *Severini* Colon. Canonicus. *Fastrardus Bareit* de *Buscho*. *Jobannes de Alcmaria*. *Engelbertus de Dunen* S. *Andrae* Canonicus. *Dominicus* Abbas quondam *Claricampensis* Ord. Cist. *Ludolphus de Hoyrn*.

VI. fol. 121. Quaestiones VIII. de variis Contractibus, licitine sint, germanice propositae cum Responsis latinis. Ita I. *Ich gel-den eynich goit, off komenschaff, it sy korn off wyn &c. na dem besten kouff, dat zo balden ind zo verkouffen durer dan it gegolden is. Queritur an et quomodo sit licitum.*

VII. fol. 131. *Deuotissimis in christo sororibus venerabilis Conuentus sancti egidij monasterii ordinis sancti benedicti humilis earundem adopcione frater theodericus de*

*monasterio sacre theologie professorum minimus Sancte religionis saluberrimum incrementum. Dilectissimae in christo virgines, dum alias eram in conuentu vestro propter scrupulum conscientiarum vestrarum quem habuistis in usu rerum temporalium apud vos consueto rogastis me instanter, quatenus vos informare vellem de hoc, an modus vester quem tenetis circa usum rerum temporalium sit licitus et a nequissimo vicio proprietatis excusatus &c. Itaque Capitibus XIII. earum desiderio satisfacit Vir etiam e Concilio Constant. notus et a me Codd. variis, ut in Indice, memoratus, qui Opusculo subiecit: Completum anno Domini Mille.º CCCCº 12º. ipso die beati iberonimi doctoris sanctissimi &c. Cui addidit Librarius: Completus est liber iste in vigilia margarete seu henrici imperatoris per manus boldewini hollandrini de scaghem Anno domini Mº CCCCº XVIIº.*

*Qui scripsit scripta sua dextra sit benedicta.*

VIII. fol. 141. in membrana manu Sec. XIV. *In nomine domini ihesu christi incipiunt interrogationes que de scripturis sanctis et canonibus sacris in foro penitentiae Ad utilitatem confitentium fieri possunt et debent. Referendae etiam Cod. DCLXXXIII.*

IX. fol. 155. pariter in membr. Sec. XIV. Opusculum ejusdem Argumenti, quod inscriptum est: *De confessione nota bene sequentia. forte inuenies teipsum notabiliter.*

*Et incipit: Quoniam omne peccatum perpetratur corde uel ore opere uel omissione. ideo primo de peccatis cordis dicamus &c.*

DCLXXXII.

Codex chartaceus lat. Sec. 223 XV. Folior. 246. f. maximam partem per duas columnas nitide descriptus, olimque *monasterij sancte marie virginis alias scotorum Wyenne* sequentia continet: I.

*Tho-*